



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Vt canonum statuta ab omnibus ritè custodiantur, & nullus ea suo sensu
diiudicare præsumat. Ixi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC.

*De rebus dubijs in concilijs episcoporum
emergentibus. Cap. LVII.*

Ex epist. Bonifacij papæ, li. c. **S**i inter episcopos eiusdem concilii dubitatio emerget de ecclesiastico iure, vel de aliis negotiis: primum me-
dius episco- siderans rem iudicet. Et si non acquiescat utraque pars iu-
pos Gal- dicatis, tunc primas illius regionis inter ipsos audiat, &
li.c. quod ecclesiasticis canonibus, & legibus nostris consentaneum sit, hoc definiat, & nulla pars valeat calculo eius contradicere.

*Vt episcopi in synodo residentes, quæ ad emendationem
vitæ pertineant, primum emendent. Cap. LVIII.*

Ex cōcil. Auerné si, cap. 1. **I**N primis placuit, ut quoties secundum statuta patrum sancta synodus congregatur, nullus episcoporum aliquam prius causam suggerere audeat, quam ea quæ ad emendationem vitæ, ad seueritatem regulæ, ad animæ remedia pertinent, finiantur.

*De metropolitano si comprouincialem episcopum in
sua causa audire distulerit. Cap. LIX.*

Ex decr. Alexan- dri papæ **S**i metropolitanus à quocunque comprouinciali episco-
po bis fuerit in causa propria appellatus, & eum audi-
re distulerit, in proxima synodo negotii sui habeat licen-
tiam exercendi: & quicquid propter iustitiam à compro-
uincialibus suis fuerit statutum, debet custodiri.

Vt episcopi insta iudicia semper djudicent. Cap. LX.

Ex cōcil. Remensi, cap. 19. **V**T episcopi & iudices iudicia discernant, quia sunt quædam iudicio mundi, quædam iudicio Dei reser- uanda. Scriptum est enim: Nolite iudicare ante tempus, quoadusque veniat dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit unicuique à Deo. Et ilius memores sint: In quo enim iudicio iudicaueritis, judicabimini & vos.

*Vt canonum statuta ab omnibus rite custodiantur, & nullus
ea suo sensu dyndicare præsumat. Cap. LXI.*

Ex cōcil. M-ldēsi, cap. II **C**anonum statuta sine præiudicio ab omnibus custo-
diatur, & nemo in actionibus, vel in iudiciis ecclie -

DE PRIM. ECCL. DECR. LIB. I. II

fasticis suo sensu, sed eorum authoritate ducatur. In expō
nendis etiam, vel prædicandis diuinis scripturis, sancto-
rum catholicorum patrū, & probatissimorū sensum quis-
que sequatur in quorum scripturis, ut beatus dicit Hiero-
nymus, fidei veritas non vacillet.

De disidentibus episcopis. Cap. LXII.

DISSIDENTES episcopos, si non timor Dei, syno- *Ex cōcil.*
dus reconciliet. *Cartha-*

De inflatione metropolitanorum & fastu, & de *gī.ca.25.*
episcopis ac reliquis clericis, qui lāduntur à
metropolitanō. Cap. LXII.

Si autem aliquis metropolitanorum inflatus fuerit, & *Ex epif.*
sine omnium comprouincialium præsentia, vel confi- *Anūc pā*
lio episcoporum alias causas agere, nisi eas tātūm quæ ad pē episco-
propriam suam pertinent parochiam, aut eos grauare vo- *pīs p Gal*
luerit, ab omnibus districte corrigatur, ne talia deinceps *liam cōfī*
præsumere audeat. Si verò incorrigibilis, ei que inobe- *tutis mis*
diens apparuerit, ad hanc apostolicam sedem cui omnia *sa, ca.4.*
episcoporum iudicia terminare præcepta sunt, eius con-
tumacia referatur, vt vindicta de eo fiat, & cæteri timore
habeant. Si autem propter nimiam longinquitatem, aut
temporis incommoditatem, vel itineris asperitatem, gra-
ue ad hanc sedem eius causam deferre fuerit, tūc ad eius
primatē eius causa deferatur, & penes ipsum huius san-
ctæ sedis autoritate iudicetur. Similiter si aliquis episco-
porum metropolitanū suspectum habuerit, apud prima-
tem diœceseos, aut apud hanc apostolicā sedem audiatur.

Ut plebes alienas alius episcopus non usurpet. Cap. LXIII.

Placuit vt à nullo episcopo usurpentur plebes alienæ, *Ex cōcil.*
nec aliquis episcoporum supergrediatur, in diœcesi *Cartha-*
collegam suum. *ginēsi, ca.*

*Ut nullus metropolitanus absque omniū comprouincialium epi-
scoporum præsentia aliquorum audiat causas.* Cap. LXV.

CAETERUM, fratres, saluo in omnibus Romanæ eccle- *Ex epif.*
siae priuilegio, nullus metropolitanus absque cætero *Ignīc pā*
rum omnium comprouincialium episcoporum instantia, pē cun-
B iij